



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Prima Pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Religionis, quam ædificavit Dominus Papa. Ita quod si pluvia avaritiæ descendat, & flumina luxuriæ veniant, & venti superbiæ flent, & irruant in illam, non possit cadere; Fundata est enim super firmam petram, petra autem est Christus.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Hæc Præfatio in Jeroschino Interprete Dusburgii non reperitur in Germanicum conversa; dubium itaque est an Dusburgium ipsum agnoscat auctorem.
- (b) Primis temporibus MAGISTRI PROVINCIÆ dicti sunt PROVISORES terrarum, ut & PROVINCIARUM COMMENDATORES. Sic in Privilegio Anno 1232. Culmensibus & Thoruniensibus dato Hermanus à Balke appellatur Provisor Prussiæ: In subscriptione quoque privilegii ejusdem, Ludovicus dicitur Prussiæ Provisor. In ipso denique Privilegio num. XXXVI. Provisor terræ injungitur, ut decreta Ordinis præcaveat; Postea verò dici cœperunt Magistri Provinciæ (Landmeister) relicto Provisorum titulo singulorum arcium Curatoribus, qui Pfleger dicebantur. Conferatur Simon Grunovius *Tract. 6. fol. 7. 8. a.*

INCIPIT PRIMA PARS

CAPUT I.

De Origine Domus Teutonicæ.

Incipit quarta pars libri: De incidentibus. **I**N nomine Domini Amen. Anno (a) *Anno 1190.* incarnationis ejusdem MCXC. tempore illo, quando Civitas Acconensis esset

Hoc tempore quo ortum & originem habuit Ordo domus Teutonicæ, scilicet Anno Domini MCXC. Cælestinus Papa III. &

à Christianis obsessa & Divinâ favente gratiâ de manibus infidelium recuperata, fuerunt in Exercitu Christianorum quidam devoti homines de Bremensi & Lubecensi Civitatibus, qui tanquam Viri misericordiæ oculis compassionum incidentes in diversos & into-

Hec

B 3.

lera-

lerabiles defectus & incommoda infirmorum,
 degentium in dicto Exercitu, fundaverunt Ho-
 spitale, in tentorio suo facto velo cujusdam na-
 vis dictæ Cocka Teutonicæ, ubi dictos infirmos
 colligentes, ipsis devotè & humiliter serviebant,
 & de bonis sibi à Deo collatis caritativè procu-
 rantes misericorditer pertractabant, atten-
 dentes, quod in persona cujuslibet infirmi vel
 pauperis suscipere ipsum Christum, qui di-
 cet his qui à dextris erunt in Judicio: Esurivi,
 & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis
 mihi bibere, hospes eram, & collegistis me,
 nudus eram, & cooperuistis me, Infirmus
 eram, & visitastis me; & cum dicent: ubi
 te vidimus talia patientem, respondebit: A-
 men dico vobis, quod fecistis uni ex his fratribus
 meis minimis, mihi fecistis. Ecce quomodo Chri-
 stus infirmos & debiles & despectos quosque fra-
 tres vocat & benè. Caro enim & frater noster
 est. Sed quod dicit Apostolus; Ego plantavi
 Appollo rigavit Deus autem incrementum de-
 dit; Ex quibus Verbis liquidè licet appareat,
 quod neque is qui plantat, neque is qui rigat, ali-
 quid sit, sed qui incrementum dat Deus, Tamen
 humana diligentia impensis curæ sollicitudi-
 nem debet impendere circa plantas, quæ adhuc
 novellæ fructus uberes afferunt, & uberiores suo
 tempore repromittunt. Undè tum Dominus
 Patriarcha in Hierosalem. Henricus Rex Hie-
 rusalem illustris. Nasarenus & Tirenensis & Cæ-
 sariensis Archiepiscopi, & Bethlehemitanus &

*Henricus VI. Im-
 perator regnave-
 runt.*

*Postea Innocen-
 tius Papa III. &
 Otto IV. & Fri-
 dericus II. Impe-
 ratores successivè
 regnaverunt. An-
 no Domini MCC.*

*Castro Constanti-
 nopolitana, quæ in
 Prophetia sua ha-
 buit, quod non ca-
 peretur, nisi per
 Angelum; Capta
 est à Francis &
 Venetis, qui per
 murum, ubi An-
 gelus depictus fu-
 it, intraverunt.*

*Decepti fuerunt
 cives per aggrava-
 tionem Angeli
 & factus fuit ibi
 Baldecoinus Co-
 mes Flacrensium
 Imperator & im-
 peraverunt ibi
 Latini LVII. an-
 nis.*

*Hujus Innocen-
 tius Papa tempore
 quæstiones Chri-
 stiani fuerunt in
 publicâ peniten-
 tiâ; & quæ fla-
 gellis se flagella-
 bant, vocati fue-
 runt Teutonice:
 Die Geißeler.*

*Anno Domini
 MCCII, initium
 habuit Dominium
 Acco-Tartarorum.*

Acco-

Hoc

Matth. 25,
35.

v. 40.

1. Cor. 6.

v. 7.

Agri omnes

*Hoc tempore apud Re-
sem in Brixia Vinum in
sanguinem, panis in Car-
nem in sacrificio altaris
visibiliter sunt mutata.*

*In Vermendefio quidam
miles mortuus rediit &
multa futura multis pra-
dixit, & sine cibo & potu
multo tempore vixit.*

*In Gallia circa festum
beati Johannis Baptista
ros de caelo cadens mellis
tus spicas segetum infe-
cit, ita ut multi eas in O-
re ponentes odorem mel-
lis sentirent aperte.*

*Apud Attrebatum
Mense Julii tempestas
valida exorta est, tanta
que magnitudinis lapides
cecidit, quod segetes,
vineas, & nemora peni-
tus destruxerunt.*

*Hoc etiam tempore Al-
misolus Imperator Sira-
cenorum venit cum infinita
multitudine in Hispaniam,
& indixit bellum om-
nibus adorantibus Cru-
cifixum, quem Reges His-
pania aggredientes in bel-
lo vicerunt, & facta fuit
tanta strages ut rivi san-
guinis de occisis fluerent,
Sarracenus Almisolus cum
paucis confusus est.*

*Anno Domini MCCIV.
Lithonia terra Provincia
Rigenfis per solitudinem
Innocentii Papa ad fidem
Christi est conversa.*

*Anno Domini MCCVI.
beata Elisabeth nata
fuit.*

Acconensis Episcopi. Magister Hospita-
lis S. Johannis, & Magister domus templi,
& multi fratres ambarum domorum, plu-
resque Barones terræ S. scilicet Radulphus
Dominus Tiberjadis, & Dominus Hugo fra-
ter suus, & (b) Remoldus Dominus Sido-
nis, & Dominus Cymarus de Casaria, &
Dominus Johannes de Hibelino, & multi,
alii de Reguo Jerusalem. Et de Alleman-
nia: Conradus Maguntinensis Archiepisco-
pus, Conradus Herbipolensis Episcopus, &
Cancellarius Imperii Romani, Wolgerus
(c) Pataviensis Episcopus, Gardolphus Hal-
berstadiensis Episcopus, & (d) Cifensis Epi-
scopus, (e) Fridericus Dux Sveviæ, Heinri-
cus Palatinus Comes Reni, & Dux de Brun-
svig, Fridericus Dux Austriæ, (e) Henricus
Dux Brabantia qui Capitaneus totius erat
exercitus, Hermannus Palatinus, Comes Sa-
xoniam, & Landgrafius Thuringia, Albertus
Marchio Brandenburg. & Henricus de (f)
Caladia Marschalcus imperii, Conradus
Marchio de Landsberg, The: Marchio Mis-
nensis; Comites vero & Magnates & quam
plures nobiles dicti exercitus, oculo propi-
tiationis videntes hanc novellam Hospitalis
plantationem aliqvaes fructus honoris &
honestatis tempestiva quodam fecunditate
producere, & sperantes indubitanter, quod
Domino incrementum dante expansis ra-
mis suis uberrimam fructuum copiam fa-
ceret in futurum. Omnium Principum su-
pra

Ho-

pra dictorum Consilium in hoc resedit, ut Dominus Fridericus Dux Sveviæ Nuncios solennes fratri suo Serenissimo Domino Heinricho VI. Regi Rom. futuro Imperatori mitteret, qui apud Dominum (g) Papam institutionem & Confirmationem Hospitalis præhabiti impetraret. Papa itaque auditâ hac legatione, piis potentium precibus inclinatus in dicto Hospitali Ordinem fratrum (h) Hospitalis in Hierosolem circa pauperes & infirmos: Fratrum verò militiæ templi circa Clericos & milites & alios fratres instituit, & in nomine Domini confirmavit, concedens fratribus dicti hospitalis ut (i) nigrâ cruce & albo pallio uterentur. Omnesque libertates, immunitates & indulgentias venerandis domibus prædictorum Hospitalis & templi ab Apostolica sede concessas indulgit, ut eis uterentur liberè sicut illi. Dignum enim erat, ut quibus in operatione virtutum pio vellent Proposito fieri pares, in affectatione Apostolici beneficii essent cœquales, sicque institutus & confirmatus & multis privilegiis donatus est venerandus ille militaris, Ordo fratrum Hospitalis Sanctæ Mariæ domus Teutonicorum Hierosolymitani. Hæc est Vineam Domini Zebaoth electam, quam tu Jesu Christe instituisti, fuisseque Dux itineris in conspectu ejus. Plantasti radices ejus & implevit terram, transtulisti eam postea & ejecisti gentes de terra Pruschia & Lyonia & plantasti eam ibi, & sic ex-

*Honorius Papa II.
& Fridericus II. Imperator regnavit.*

*De ortu & Origine
Religionum.*

Ordo S. Benedicti incipit proficere Anno Domini quingentesimo tempore Felicitis Papæ IV. (Feroschinus habet III.)

Ordo Cluniacensis Anno Domini nongentesimo tempore Adriani Papæ III.

Ordo Cisterciensis A. Domini MLXXXII. (Feroschinus Papam Victorium III. fuisse se dicit.)

Ordo Hospitalis S. Johannis Anno Domini MCIV. tempore Urbani Papæ II.

Ordo Templariorum Anno Domini MCXII. tempore Paschalis Papæ II. qui destructus fuit à Clemente Papæ V. in Concilio Viennensi Anno Domini MCCCXII.

XI. Kalend. Aprilis. Pontificatus autem dicti Papæ Anno VII. non per-

per sententiam definitam sed per promissionem Sedis Apostolicae tempore Henrici Imperatoris VII.

tendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumina propagines ejus. Hæc veneranda militia non solum in terra est ab hominibus confirmata, verum etiam typo cœli & terræ multifariè præfigurata. Legimus etiam in Ve-

Ordo domus Teutonice An. Domini MCXC. tempore Celestini Papæ III. & Henrici Imperatoris VI.

teribus Historiis Magnum Patriarcham Abraham cum suis Vernaculis CCCXVIII. pro libertatione fratris Deum timentis decertasse, & captivitate innocentum conversâ, postquam à cæde Regum reverteretur eidem Patriarchæ *Gen. 14.*

Ordo fratrum Prædicatorum Anno Domini MCCXVI. sub Honore Papa III.

encænia munerum panis & Vini cum benedictione Dei Excelsi, quo protegente hostes in manibus suis erant, à Melchisedech Rege & sacerdote fuisse oblata; Ex quo tempore tyrocinia fidelium contra nationum turbas cœperunt exerceri, revelante ex tunc Spiritu S. quanto favore is, qui summum in Ecclesia obtinet locum, tales amplecti debeat tyrones, ad protectionis Ecclesiæ benedictionem eosdem spirituali benevolentia suscipiens, & suis indulgentiis & privilegiis encænia patrimoniorum crucifixi militibus illis oblata confirmans. Hæc militia cœli & terræ typo præfigurata sola & præcipua esse videtur, quæ vicem Christi in opprobrio suæ crucis dolent, & terram S. Christianis debitam recuperare ab oppressione gentilium se devovit. Vidit namque Johannes Ecclesiam militantem sub typo novæ Jerusalem de cœlis à triumphante descendere. In qua cum cœteris cœlestium Virtutum agminibus Potestates Deo

Ordo fratrum minorum Anno Domini MCCXXIII. sub Honore Papa III.

mil-

Ordo Eremitarum montis Carmeli.

Ordo fratrum Scolarium per eundem Dominum Honorium Papam sunt confirmati.

mil-

Anno

C

mili-

militant, quamlibet potestatem contrariam debellando. Quæ profectò visio nos admonet, quosdam in Ecclesia militante debere contineri milites, quorum votum sit, inimicam Ecclesiæ tyrannidem infidelium propulsare. Statuente in omnibus altissimo terminos fidelium populorum juxta numerum & officium Angelorum DEI. Huic & terræ consonat Testimonium. Nam sub Moyse & Josua & aliis Judicibus Israel milites DEI nova bella quæ elegit Dominus eligentes stirpem Enachim & ceteros iniquos terræ S. inhabitatores, giganteæ malitiæ cohæredes, leonum more invadentes funditus exterminaverunt, illis duntaxat exceptis, quos ad eruditionem populi DEI servavit dispensatio sub onere servitutis. Secundum verò incrementa temporis religionis hujus simul creverunt præfigurationes. David namque secundum Cor DEI in regnum fidelium exaltatus, ut Propheta futurorum præsciens, expressi ora hujus militiæ præfagia præsignans legiones Crethi & Plethi membra quædam sua voluit esse, quorum hoc esset officii, quatenus secundum proprii nominis significationem, capitis sui custodes jugiter haberentur, ut videlicet insidiatores capitis David exterminantes mirabili salute subjectos defenderent. Crethi exterminantes, Plethi verò salvantes mirabiliter interpretantur. Propheta quippe cum esset David & familiare Spiritus S. organon tam præsentia quam futura in Scripturis veritatis intuens distinctione suæ cohortis edocuit, quod in novissimis temporibus Caput Ecclesiæ Christus

Anno Domini
MCCXXI. Elisa-
beth duxit Land-
grafium Thuringia in maritum.

Anno Domini
MCCXXV. in Bur-
gundia in monti-
bus Salinarum, ex
virtute terra mor-
tus, mons quidam
se distinxit ab aliis
montibus & tran-
sivit ad montes
oppositos totam-
que Sallem coope-
ruit. & V. milia
hominum suffoca-
vit.

Anno Domini
MCCXXVII. III.
Idus Septembris
Landgrafius ma-
ritus beata Eli-
sabeth cruce si-
gnatus in itinere
peregrinationis
mortuus est in Si-
cilia civitate quæ
dicitur Ortavant.

Gregorius Papa
IX. & Fridericus
Cu- II, regnant.

1. Reg. 30, 14.

2. Reg. 8, 18.

1. Reg. 15, 18.

Custodes foret habiturus, qui non preciosiores animas suas seipsis facientes, accingerentur gladio suo sancto super femur suum ut fortissimum Israel

*Anno Domini MCCXXVIII in-
caeperunt esse
partes in Italia
Gebelini & Gel-
phi, quae sunt no-
mina duorum
fratrum, qui se
discerunt. Ge-
bellinus partem
Imperii, Gelpus
partem Ecclesiae
fovit.*

veri Salomonis lectulum ambientes timores nocturnos tenebrosae perfidiae à finibus expellerent Christianis. Subit etiam animum illud laudabile & DEO dignum bellum Macchabaeorum, qui in deserto (k) fœno cibi pasti, ne participes fierent coinquinationis, Zelo legis & fidei repleti, Antiochum Epiphanem, radicem iniquitatis, qui populum DEI ad ritus gentiles & lupanar (l) pertrahere nitebatur, DEI suffulti iuvamine contriverunt,

*Anno Domini MCCXXX. Rex
Aragonum in
Hispania cepit
Insulas, quae Ma-
jorice & Minori-
ce appellantur,
obsessas à Sarracenis.*

ut sancta iteratò mundarent, arcem Sion reciperent & redderent pacem terrae, quorum bella facer hic ordo militiae videlicet domus Teutonicorum Hospitalis S. Mariae in Jerusalem strenuè imitans, membris honorabilibus meruit decorari, diversis ad diversa digna Deo officia laudabiliter ordinatis. Sunt namque milites & bellatores Ecclesia-

fici Zelo legis pleni manû validâ hostes conterentes. Sunt & caritatis beneficiis affluentes, hospitum peregrinorum, & pauperum receptores. Sunt insuper, qui pietatis visceribus in hospitalibus languidis & decumbentibus non abominatis squaloribus servido Spiritu sub ministraverint. Inter membra dignum & per utilem Clerici locum habent, ut tanquam scintillae in medio discurrentes, pacis tempore ad Laicos fratres exhortationes de Observantia Regulari faciant, & divina celebrent ac Sacramenta ministrent, sed ad arma convolantibus, sanguinè vitæ & mortis memoriam S. crucifixi Domini ostendentes ad virtutem acuunt præliandi, & sic à fine robustorum militum, usque ad finem infirmorum decumbentium, quorum custo-

diunt conscientias & muniunt exitus fortiter (m) accingentes infirmitate Spiritus sua ministeria exequentur. Hunc ergo Spiritualem ordinem ad utilitatem S. Ecclesie se generalis diffundentem congratulationis oculo diversi summi Pontifices intuentes, confirmatum plurimis Privilegiis & immunitatibus & libertatibus illustrarunt.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. I.

(a) Eadem ratione Originem ordinis Teutonici exponunt Nicolaus Jeroschinus. Chronicon Germ. Antiq. in formâ, ut vocant, Quartâ, quod habetur in Bibliothecâ Electorali, Regiomontanâ, Chronicon Ordinis, & quotquot sunt recentiores rerum Prussicarum Scriptores. Antiqui etiam Codices, Regulam, Leges & Consuetudines Ordinis Teutonici nobis exhibentes, in hoc conveniunt, ut & Monumentum Olivense Ducis Mestroiini, apud Schüz. *lib. I. Chron. Pruss. fol. II. a.* Conf. Henricus Bangertus in *Notis ad lib. III. Arnoldi Lubecensis cap. XXXVI.* Sed Jacobus de Vitriaco (qui circa eadem tempora Episcopus fuit Acconenfis, Historiamque suam usque ad an. 1218. perduxit, obiitque an. 1240. ut habet Chronicon Belgicum) dicit Ordinem Teutonicum institutum jam tum fuisse in urbe Hierosolymitana, antequam Ptolemais sive Accona obsidione cingeretur, *lib. I. Histor. Hierosol. Cap. LXVI.* Idem habet Marinus Sannus Torfellus *lib. III. part. VII. Cap. III.* ut & Polydorus Vergilius *l. VII. de Inventorib. rerum Cap. V.* & Jacobus Gretserus *Tom. II. de Cruce lib. II. c. XVI.* Alii in ipsa urbe Acconenfi putant hunc ordinem institutum esse. Siffridus Presbyter Ad an. 1212. *In Accanone*, ait, *capit fratrum Teutonicorum.* Inter Scriptores à Pistorio editas. p. 594. Auctor Compilationis Chronologicæ apud eundem Pistorium, initium hujus Ordinis refert ad An. 1200. p. 738. Paulus Langius in Chron. Citizenfi refert hoc ad Annum 1194. cum Ptolomais s. Accona jam An. 1191. quarto Idus Julii (ut habet Math. Parisiens. in *Richardo I. ad dict. an. fol. 163. Edit. Londinensis Wilhelmi Watzii. An. 1640.*) & repta sit Saracenis. Has sententias alibi, nempe in

Dis-

Differtat. de Antiqua Prussorum Republica, ita conciliavimus: Ordo Teutonicus Hierosolymis cœpit à quodam pio Viro privato ausu institutus; postea verò in Obsidione Acconensi, publica auctoritate Papæ Romani Imperatorisque Germanici aliorumque plurimorum Principum, qui tum in Obsidione illa aderant, confirmatus est; in Urbe denique Acconensi ita opibus & potentia crevit, ut toti orbi innotesceret. Nec forsan est, quod nos hujus Conciliationis jam pœniteat. Animadvertimus enim, eandem fuisse & Naucleri opinionem, qui hac de re sequentia ferè habet: *Quidam honestus vir Teutonicus habitans in Hierusalem, cum uxore sua quoddam Xenodochium de bonis suis ad opus pauperum & peregrinorum Teutonicorum construxit, & de voluntate Domini Patriarchæ Oratorium illi adjecit B. Virgini sacrum; Postea cum Teutonici multiplicarentur, dignum duxerunt Regulam & Instituta fratrum Militia templi assumere quam & ita susceperunt. Verum postea, An. Domini 1191. Apud Acam quidam Bremenses & Lubecenses cives, Hospitale in honore B. Mariæ Virginis ad opus infirmorum tempore Obsidionis ex Velis navium fecerunt, obtinuerunt auxilio Friderici Ducis Sveviæ à Celestino Papa, cooperante ad hoc Henrico Rege Rom. Ordinem istum sub Titulo Hospitalis B. Mariæ Virginis Domus Teutonicorum in Jerusalem confirmari. Ex eo tempore, incœpit habere Magistrum Ordinis Generalem pro sapia Nobilem. Erat autem primus Magister Erater Henricus dictus Walpora sub quo Hospitale incœptum fuit in Civitate Aca jam recuperata. Hæc Johannes Nauclerus Volum. II. Chronographiæ. Generatione 37. fol. 735. Conf. & Henricus Pantaleon lib. 3. de Ordinis Joannitarum Rebus gestis fol. 74.*

(b) Raynaldus, habet Jeroschinus.

(c) Von Naxaw i. e. Passaw / Jeroschintus. Wolffgerum eum nominat Casp. Bruschius l. II. Patavii p. 166.

(d) Von Zif. Jeroschinus.

(e) Friedericum Ducem Sveviæ, Ducem fuisse totius Exercitus scribunt plures Chronographi nostri, Dusburgius Henricum Brabantia Ducem hoc munere functum affirmat. Sed auctor Chronici Ordinis dicit Fridericum Ducem Sveviæ & Henricum Ducem Brabantia fuisse Duces Exercitus. fol. 10. b.

- (f) *Ralender* / habet Jeroschinus.
 (g) Cælestinum III.
 (b) Equitum S. Johannis, qui hodie Maltenses dicuntur, instituta data sunt Ordini Teutonico, ut ex eorum præscripto Pauperibus & ægrotis inserviretur: Templariorum verò instituta ut secundum ea Equitum & Clericorum Ordinis Teutonici vivendi ratio institueretur.
 (i) Interior Fratrum tunica fuit nigri coloris, pallium verò album, Cruce nigra insignitum.
 (k) Fortasse legendum: *Vili cibo*.
 (l) In Exemplari Regio montano inserta reperitur Vox: *Ephebar*, sed nullo sensu. Nec Elbingense Exemplar aliam vocem agnoscit.
 (m) Accingentes, pro accincti. Non raro namque apud antiquos scriptores Verba activa sumuntur pro Passivis, ut Virgil. lib. 2. *Aneid. Accingunt omnes operi*. Et l. i. *Aneid. v. 275. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Cum venti posure*. Sic & alii passim.

C A P. II.

De

Fratre Heinrico Walpote primo Magistro Hospitalis S. Mariae Domus Teutonicae.

FRATER Henricus (a) dictus Walpote Magister primus Hospitalis S. Mariae domus Teutonicorum Hierosolymitani præfuit (b) multis annis, & obiit (c) nono Calendas Novembris & sepultus est Accon. Huic Cives Bremenses & Lubecenses qui primi hujus Ordinis fuerant fundatores, ut dictum est, dum completo peregrinationis suæ voto ad propria vellent redire, de consilio Domini Friderici Ducis Sæviæ prædicti & aliorum Nobilium de Almannia, qui fuerunt in obsidione Civitatis Acconensis, dictum Hospitale cum omnibus elemosynis & attinentiis, quæ tunc sufficientes erant, præsentabant; ubi dictis

in-

infirmis, cum suis fratribus humiliter serviebat sed post (d) capti-
onem Civitatis Achonenſis prædictæ, idem Frater Henricus
emit quendam hortum, infra muros ante portam S. Nicolai, in
quo Eccleſiam & Hoſpitale & manſiones diverſas extruxit, Deo
ibi cum ſuis fratribus ſerviens & infirmis. In qua Eccleſia idem
Dux Fridericus (e) de Svevia in itinere peregrinationis mortuus
eſt & ſepultus, quia dum viveret elegit ibi Eccleſiaſticam Sepul-
turam.

ANIMADVERSIONES.

AD CAPUT II.

- (a) Caſpar Schüz eum ſic appellat: Heinrich Walpott von Paſſen-
heim / tum in Catalogo Magiſtrorum Chronici præfixo, tum lib. I.
Chron. fol. 15. 6. ſin. Eodem modo habet hoc ipſum & Johannes
Freyberg in Chron. Pruſſ. MS. Undè verò hæc habeant apud an-
tiquiores reperire non potui; ſuſpicari tamen licet, Schuzium &
Freybergium ita ipſum appellare, quoniam ſecutiſ temporibus
quidam Walpotii, adhuc Magiſtrum genus ſuum referentes, hoc
nomine gavifi ſunt. Nam Privilegium Paſſenheimenſibus Anno
1386. datum, ſubſcripſit inter alios Sigefridus Walpot von Paſſen-
heim / Oberſter Spittler und Compther zu Elbing. Nobili lo-
co primum hunc Magiſtrum fuiſſe natum aſſerit auctor Chronici
Ordinis fol. 13. b.
- (b) Decem annos ipſi aſſignat Chronicon Ordinis. Electum enim eum
eſſe dicit in Caſtris ad Acconam Anno 1190. die 9. Novembr.
Mortuum autem An. 1200. fol. 24. b.
- (c) Diem obitus primorum illorum Magiſtrorum habet Duſburgius ex
Anniverſariis ſacris. Singulis enim annis Ordo Teutonicus Me-
moriam Magiſtrorum optimè meritorum celebrabat, ut adhuc in
Antiquis cruciferorum Faſtis videre licet.
- (d) Expugnarunt Chriſtiani Acconam ſive Ptolemaida An. 1191. d. 15.
Julii, ut habet Chronicon Ordinis fol. 15. b.
- (e) Anno 1193. Chron. Ord. fol. 16. b. In inſignibus ſuis ex Conceſſio-
ne Pontificis Romani habuit Crucem nigram.

CAP.

CAP. III.

De Fratre Ottone Magistro II.

Frater Otto (a) Magister Illud præfuit (b) multis annis & obiit (c) IV. Nonas Junii, sepultusque est Achon. (d)

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. III.

- (a) Ottonem hunc, von Carpen dictum, quidam fuisse perhibent filium Baronis (eines Freyherrn) Alii nobilis alicujus & Civis Bremensis filium. Henneb. *in lib. de Vet. Pruss.* Octogenarius fuisse dicitur cum in Magistrum eligeretur. *Idem ibid.*
- (b) Sex annos ei assignat Auctor Chronicorum Ordinis, ut & Auctor Chron. Latini in Curia Palæopolitana Regiomonti.
- (c) Die Marcelli & Petri, ut addit Nicol. Jeroschin. &c.

CAP. IV.

De Fratre Hermanno III. Magistro.

Frater Hermannus, (a) dictus Bart, Magister tertius, præfuit multis (b) annis & mortuus est (c) XIII. Kalendas Aprilis sepultusque est (d) Achon.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. IV.

- (a) Alii ipsum nobilem Holfatum fuisse dicunt. Schuz *lib. I. Chronic. Pruss. fol. 16. b.* Auctor verò Chronici Ordinis asserit, ipsum Ducis Bartenfis ex fratre filium fuisse *fol. 25. b.*
- (b) Quatuor annos ei tribuit Chronicon Ordinis & Auctor Chronici Latini MS. Schuzius, & alii.
- (c) In vigilia S. Benedicti, ut addit Jeroschinus, Annum autem obitus apud antiquiores non reperio. Schuzius habet An. 1211. d. 20. Martii.
- (d) Aliud Chronicon dicit Magistrum hunc in oppugnatione urbis Tripoli-

Hermannus de Saltza IV. Magister Ordinis Teutonici.

politanae vulneratum, Hierosolymam delatum ibidemque mortuum & sepultum esse. *Vid. Henneb. lib. de Antiq. Prussia. Schüziius lib. 1. fol. 16. b.* Aliàs ipsum Virum Juvenem fuisse Chronica nostra referunt.

(d) Duo priores Magistri cruce nigra tantum usi sunt in Insignibus. Huic verò, ut habet Henneb. *in Tract. de Veteri Prussia*, concessit Henricus Rex Hierosol. ut nigrae Cruci auream posset inferere. Ego verò putaverim, aut Henricum Regem prioribus magistris hoc concessisse; aut si huic illud Concessum est, à successore Henrici, nempe Johanne Brenno, illud fuisse concessum. Nam Henricus Rex obiit An. 1195. Hermannus verò Magister Anno demum 1206. electus esse dicitur secundum Henneberger. *loc. cit.* Quamvis perplexa sit horum temporum Historia, multis Titulum Regis Hierosolymitani sibi asserentibus, *Vid. Christoph. Befoldus in serie Regum Hierosolymitanorum Cap. III. n. 1. & II. pag. 293. seqq.*

CAP. V.

De Fratre Hermanno de Saltza.

Magistro IV.

FRATER Hermannus de Salza Magister quartus præfuit (a) plurimis annis (b) obiit 9. Kalend. Augusti & Sepultus est in Bartetto. Hic fuit facundus, affabilis, sapiens, circumspectus, providus & in factis suis omnibus gloriosus. Dum post electionem suam videret tam tenerum statum Ordinis, optavit in audientia fratrum aliquorum, se uno velle oculo carere, ut ordo suo tempore suo, quo præesset, tantum sumeret incrementum, quod posset habere in armis paratos X. fratres milites & non plures. Sed quid fecisti in hac causa o bone JESU, qui justis petentium desideriis semper præsto es, & pia vota non desinis propitius intueri? Nunquid fraudatus est à desiderio suo? Certè non. Imò desiderium animæ ejus tribuisti ei super abundanter. Tantum

D

enim

enim profecit ordo temporibus, quibus ipse præfuit, quod non longè post mortem ejus computata fuerunt de nobili sanguine Regni Alemanniæ duo millia fratrum in Ordine supra dicto. Illustris etiam ille Thuringiæ Landgravius Dominus Conradus, (c) de cujus familia ipse, cum esset in seculo, fuerat) tam copiosa comitiva Nobilium dicti suscepit Ordinis habitum regularem, tempore etiam hujus fratris Hermannii meliora Privilegia tam Papalia quam (d) Imperialia Ordini sunt collata, Magnifica quoque dona in Appulia, Romania, Armenia, Almannia, Ungaria, scil. territorium quod dicitur Wurza, Livonia, & Pruschia temporibus suis Ordini sunt donata. Tantum enim exaltatus fuit per eum Ordo, quod à Seculo non est auditum, quod unquam aliquæ religio vel Ordo per unum hominem tantum profecerit in hoc mundo. Nec mirum. Tantam enim gratiam contulit ei Deus, quod ab omnibus amaretur, ut verè posset de ipso dici, quod dilectus esset Deo & hominibus. Habebat Dominum Papam & Imperatorem, præter alios Principes & Magnates, in manu sua, & ita eorum animos ad se inclinavit, ut, quicquid ab eis pro honore & commodo Ordinis sui peteret, impetraret. Undè factum est, quod postquam Veneti pro rebellionem, quam contra Imperium exercuerant, essent graviter correcti, magnam partem S. Crucis Friderico Imperatori II. pro Spirituali munere obtulerunt, quam idem Imperator dicto Magistro dedit, qui eam versus Pruschia partes misit ad Castrum Elbingense, ubi usque in præsentem diem à Christi fidelibus in magna reverentia habetur propter crebra miracula, quæ per ipsam Dominus operatur. Accidit & quod dum inter Dominum Honorium Papam III. & Fridericum II. Imperatorem aliquæ dissensionis materia verteretur occulta, uterque causam suam eidem Fratri Hermannio definiendam commisit, quod

cum

cum audiret ipse, renuit, asserens magnam indecentiam, si Dominorum totius mundi causam in se susciperet, cum ipse esset persona humilis, & in nullius dignitatis præminencia constitutus. Undè factum est, quod ipse Dominus Papa & Imperator, ut idem Fr. Hermannus in majori reverentia haberetur, ei & suis futuris successoribus in Officio magisterii Ordinis domus Teutonice constitutis dignitatem Principis contulerunt, & insignum hujus Principatus Dominus Papa (f) anulum ei obtulit, & Imperator insignia Regalia (f) Imperii deferenda in suo vexillo indulgit, & sic inter eos compositionem amicabilem sæpius ordinavit.

Explicit prima pars libri hujus.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. V.

- (a) Hermannus de Salza electus esse dicitur An. Ch. 1210. ut Grunovius habet *Tract. 5. fol. 57. b.* Secundùm Schuzium verò An. 1211. Auctor Chronici Ordinis, & Auctor Chronici Latini sub Friderico Mag. scripti, annos Regiminis ipsi assignant triginta, quas sequitur Schuzius & alii.
- (b) Annus mortis ex mente Dusburgii videtur fuisse 1246. ut ex Incidentibus *ad partem III. Cap. XXXIII. & XXXIV.* apparet. Sed Auctor Chronici Latino Sermone sub Frider. Duce Sax. & Mag. Ord. Teut. scripti, videtur statuere, mortem ejus antè hunc annum contigisse. Nam Legatum Pontificis Innocentii IV. qui An. 1243. missus est in Prussiam, jam ad Conradum Landgr. Thuringiæ & Marg. Prussiæ missum esse statuit. Hinc Schuzius, Henneb, & alii dicunt Hermannum de Salza obiisse Anno 1240.
- (c) Hæc, quæ lunulis inclusimus, in exemplari Elbingensi non habentur: & commodè etiam abesse possunt. Nolumus tamen ea prorsus inducere. Fortassis enim quædam desunt, quæ ex aliis exemplaribus suppleri possunt.
- (d) Privilegium Huic Magistro & Ordini ejus ab Imperatore Friderico

II. concessum vide apud Melchiorem Goldastum ab Haiminsfelt. in *Reichshandlung* fol. 166. seq.

- (f) Annulus & insignia Magistro non sunt hic tradita, ritu quodam creandi Principes, de quali ritu intelligenda sunt illa Saxonis Grammatici, quando dicit; *Fridericus Barbarossa Boguslaum & Casimirum datis solenniter aqvilis Slavia* (i. e. Pomerania) *Duces appellavit.* lib. XV. *Hist. Dan.* fol. 371. *Edit. Hafn. Stephani Stephani,* ut & illa quando Investitura Episcoporum dicitur fieri per annulum & Baculum. Sed annulus datus est Magistro, ut ipse & successores ejus annulo hoc uterentur, semperque in Electione novo Magistro annulus ille insignum Magisterii traderetur, ut patet ex Privilegio quodam Ordini, ab Honorio III. Pontifice anno 4. Pontificatus. 8. Cal. Januar. concessio. *Conf. & Consuetud. Ordinis à num. I. ad X.* Aquila quoque data est Ordini eo fine, ut illa in suis insignibus uteretur, quod etiam factum esse testantur Insignia Ordinis Teutonici.

INCIPIT SECUNDA PARS.

CAPIT I.

De

*Adventu Fratrum Domus Teutonicæ
in Terram Pruschia.*

De

*Vastatione Terræ Colmensis per
Pruthenos.*

Tempore quo Nobilis ille ac Illustris Christianissimus Princeps (a) Conradus Dux Principatum tenuit in Masovia, Cujavia & Polonia, fuit quidam Episcopus de Pruschia (b) Christianus nomine, Ordinis Cisterciensis qui divini verbi semen sapius sparsit inter Pruthenos, exhortans eos, ut relicta Idololatria Deum verum colerent Jesum Christum. Sed quia hoc se-

men